

tando interessentibus, nescientibus autem cantare et candelam tempore circuitus ardentem in suis manibus gestantibus aut non portantibus candelam ardentem, sed quinque Pater noster et totidem Ave Maria in memoriam Christi passionis orantibus *vierzig Tage Ablass von den ihnen auferlegten Bussen*. Datum in castro nostro Stolpen a. d. M.CCCC.XCIII. die ultima Julii 2c.

*Derselbe billigt und bestätigt in Betracht, dass es heilsam sei für die Verstorbenen zu beten, die von dem Probst zu St. Afra und dem Rathe und der Stadtgemeinde in Meissen getroffene Einrichtung, wonach Sonnabends in der Mittagsstunde in der Afrakirche sowohl, wie in der Pfarrkirche der Stadt mit den Glocken gelautet wird, und verleiht für ewige Zeiten Allen, welche während des Lautens, wo sie sich auch aufhalten, drei Pater noster und drei Ave Maria pro expiatione ac redemptione omnium fidelium animarum beten, jedesmal vierzig Tage Ablass von auferlegten Bussen.* Datum in castro Stolpen (wie oben).

No. 311 nach dem Chartular. monast. s. Afrae II. fol. 216<sup>b</sup>, no. 312 nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Meissen (Chartul. etc. II. fol. 216).

### No. 313. 1493. 11. Oct.

*Empfehlungsschreiben des Probsts Andreas Tetelbach für Georg Veitzberger, der nach Rom und Compostella zu wallfahrten gedenkt:* Omnibus et singulis reverendissimis reverendis in Christo patribus illustrissimis illustribusque principibus baronibus comitibus dominis magnificis venerabilibus strenuis honorabilibus viris officialibus praefectibus potestatibus iudicibus cuiuscunque status gradus dignitatis seu eminentiae sint, ad quos praesentes nostrae litterae delatae fuerint, Andreas Tetelbach presbyter humilis praepositus canonicorum regularium monasterii sanctae Afrae in civitate Misnensi eiusdem diocesis ordinis sancti Augustini humile obsequium et orationes in Christo Jesu devotas. Noscant dominationes ac magnificentiae vestrae universae, quod praesentium gerulus validus videlicet Georgius Veitzberger armiger parrochianus noster, vir utique catholicus et honestae conversationis, de speciali licentia nostra in suorum remissionem peccaminum sanctissimorum in Romana curia Petri et Pauli necnon magni Jacobi Zebedei in Compostella apostolorum limina visitare sollicitus anhelat, ea de re nobis humiliter supplicare curavit, quatenus sibi litteras vidimus pariterque et commendaticias concedere dignemur. Nos igitur non ambigentes d. et magnificentis vestris minime latere omnes mortales in hoc exilio peregrinari et aeternam quaerere civitatem, cumque vetusti patres hospitalitate deo creatori suo placuerunt et per eandem egenis et indigentibus subvenientes regni aeterni participes effecti: Quare v. r. p. dominationes venerabilitates pariformiterque et dignitates humiliter et caritative in domino nostro Jesu Christo obnixius hortantes, quatenus praefatum Georgium Veitzberger, dum ad terras dominia et loca vestra adventaverit, amore pietatis ob praefatorum sanctissimorum apostolorum honorem et gloriam nostrarumque precum intuitum benigne pie et favorabiliter suscipere eique humanitatis et caritatis opera impartire, eum quoque sacrosanctis ecclesiae sacramentis incumbente necessitate procurare et apud subditos vestros et vobis commissos promotum habere velit, gratiose a cunctipotente remuneratore praemium aeternum sanctissimorum quoque apostolorum praefatorum suffragia orationumque nostrarum devotarum obsequium et oblationem proinde recepturi. Praesentibus sigillum praepositurae nostrae in fidem et testimonium duximus tergotenus apprimendum. Datum Misnae in dicto monasterio nostro sub anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio die vero Veneris undecima Octobris.

Nach dem Chartul. monast. s. Afrae II. fol. 158<sup>b</sup>.

Ein Passbrief des Herzogs Georg für denselben Veitzberger ist ebendas. fol. 167 in Abschrift erhalten.